

trahe ex hoc quadratum tertiæ partis id est $33 \frac{1}{4}$ m. R. 1041 $\frac{1}{4}$ remanent R. 1041 $\frac{1}{4}$ m. R. 585 $\frac{45}{64}$ m. $\frac{5}{8}$ & huius R. vniuersalis addita & detracta à $5 \frac{1}{4}$ m. R. $5 \frac{5}{16}$ ostendit primam & quintam quantitatem erunt igitur quantitates vt infra.

Prima $5 \frac{1}{4}$ m. R. $5 \frac{5}{16}$ m. R. V. R.
 1041 $\frac{1}{4}$ m. R. 585 $\frac{45}{64}$ m. $\frac{5}{8}$
 Secunda $1 \frac{1}{2}$ m. R. V. R. 1041 $\frac{1}{4}$
 m. $31 \frac{1}{4}$
 Tertia R. $21 \frac{1}{4}$ m. $3 \frac{1}{2}$
 Quarta $1 \frac{1}{2}$ p. R. V. R. 1041 $\frac{1}{4}$ m. $31 \frac{1}{4}$
 Quinta $5 \frac{1}{4}$ m. R. $5 \frac{5}{16}$ p. R. V. R.
 1041 $\frac{1}{4}$ m. R. 585 $\frac{45}{64}$ m. $\frac{5}{8}$

Nota etiam ad similitudinem secundæ regulæ supradictæ in 4. quantitibus continue proportionalibus quod si ex quadrato aggregati omnium 4. quantitatum detrahatur aggregatum quadratorum dictarum 4. quantitatum & residui sumatur dimidium tale dimidium producet ex aggregato secundæ & quartæ quantitatis in aggregatum primæ secundæ & tertiæ vel ex aggregato primæ & tertiæ in aggregatum secundæ tertiæ & quartæ quantitatis exemplum sint quantitates 8. 12. 18. 27. quadratum aggregati est 4225. aggregatum quadratorum 1261. residuum est 2964. huius dimidium est 1482. hoc igitur producit ex aggregato secundæ & quartæ & est 39. in aggregatum primæ secundæ & tertiæ quod est 38. nam ex 38. in 39. fit 1482. & similiter idem 1482. producit ex aggregato primæ & tertiæ & est 26. in aggregatum secundæ tertiæ & quartæ quod est 57. nam 26. in 57. facit 1482.

153 Fac de 29. partes 5. continue proportionales ita quod media illarum sit 1. hæc patet ex præcedenti, habeas tamen pro regula ad facilius operandum vt addas illum numerum quem vis esse mediam quantitatem proportionalem & est 1. ad 29. fit 30. item minue ab eo 1. co. fit 30. m. 1. co. hoc semper multiplica in dictum numerum quem vis vt sit media quantitas & est 1. fit 30. m. 1. co. & hoc semper est æquale 1. ce. igitur si 1. ce. p. 1. co. æquatur 30. res valebit 5. per capitulum, & hoc semper est aggregatum secundæ & quartæ quantitatis, igitur aggregatum primæ tertiæ & quintæ est 24. & quia 1. est tertia quantitas igitur 23. erit aggregatum primæ & quintæ quantitatis, & per præcedentem questionem habebis quantitates hoc modo diuidendo 5. & 23. in duas partes roducentes 1. Et ita si diceret fac de 33.

Prima $11 \frac{1}{2}$ m. R. $131 \frac{1}{4}$
 Secunda $2 \frac{1}{2}$ m. R. $5 \frac{1}{4}$
 Tertia 1
 Quarta $2 \frac{1}{2}$ p. R. $5 \frac{1}{4}$
 Quinta $11 \frac{1}{2}$ p. R. $131 \frac{1}{4}$

partes 5. continue proportionales ita quod media sit 3. adde 3. ad 33. fit 36. minue 1. co. fit 36. m. 1. co. multiplica in 3. quod vis vt sit tertia quantitas fit 108. m. 3. co. & hoc æquatur 1. ce. igitur res valet 9. & hoc est aggregatum secundæ & quartæ quantita-

tis quare aggregatum primæ & quintæ est 21. ideo solue vt supra.

Quidam famulus fugiebat à Mediolano iens Neapolim & ibat ita quod singulo die 154

Primus	Secundus
$\frac{1}{10}$	$\frac{3}{10}$
	2 Dies
	$\frac{14}{10}$
	$\frac{3}{10}$
	$\frac{4}{3}$

perficiebat $\frac{1}{10}$ totius itineris Dominus cognouit hoc infra biduum, & ita tertia die incepit sequi famulum & insecutus est eum ita quod qualibet die perficiebat $\frac{1}{7}$ totius itineris, & nescio quot milliaria sint à Mediolano Neapolim quæro igitur quando & vbi iunget eum, sic facies detrahe 7. à 10. fit 3. deinde multiplica 2. dies itineris primi anticipantis in 7. denominatorem secundi sunt 14. diuide 14. per 3. exit $4 \frac{2}{3}$ adde ei 2. dies fient dies $6 \frac{2}{3}$ & in tot diebus coniungentur probatio est quantum primus in diebus $6 \frac{2}{3}$ perfecit $\frac{20}{30}$ totius itineris præcise, sed secundus in diebus $4 \frac{2}{3}$ perfecit $\frac{14}{21}$ totius itineris, sed $\frac{20}{30}$ & $\frac{14}{21}$ sunt $\frac{2}{3}$ totius itineris igitur erunt iuncti.

Posses per hoc facere questionem de situis quarum vna post aliam descendit: item euntibus à Neapoli Mediolanum & à Mediolano Romam vbi coniungentur & est pulchra interrogatio, sed facilius soluitur per la co.

Quidam iuit peregre cum quantitate pecuniarum & lucratus est cubum decimæ partis capitalis & fuit lucrum 3. p. quam capitale quaruntur capitale & lucrum, dices igitur quia 1. cu. m. 3. æquatur 10. co. adde 30. de communi fient 1. cu. p. 27. æqualia 10. co. p. 30. diuide per 1. co. p. 3. quinquagesimum primum capitulum fiant 1. ce. m. 3. co. p. 9. æqualia 10. quare 1. ce. æquatur 3. co. p. 1. igitur res valet $1 \frac{1}{2}$ p. R. $3 \frac{1}{4}$ cape igitur 10. co. erunt 15. p. R. 325. & hoc fuit capitale, & quia lucrum fuit 3. p. igitur lucrum debet esse 18. p. R. 325. & tantus erit cubus,

$$\begin{array}{r} 1 \frac{1}{2} \text{ p. R. } 3 \frac{1}{4} \\ 5 \frac{1}{2} \text{ p. R. } 29 \frac{1}{4} \\ \hline 8 \frac{1}{4} \text{ p. R. } 95 \frac{1}{16} \\ \text{p R. } 98 \frac{5}{16} \text{ p. R. } \\ 65 \frac{13}{16} \end{array}$$

cuba igitur $1 \frac{1}{2}$ p. R. $3 \frac{1}{4}$ primo quadra fit $5 \frac{1}{2}$ p. R. $29 \frac{1}{4}$ multiplica igitur hoc in $1 \frac{1}{2}$ p. R. $3 \frac{1}{4}$ fit vt vides $8 \frac{1}{4}$ p. R. $95 \frac{1}{16}$ p. R. $98 \frac{5}{16}$ p. R. $65 \frac{13}{16}$ sed R. $95 \frac{1}{16}$ est $9 \frac{3}{4}$ igitur additis $8 \frac{1}{4}$ & $9 \frac{3}{4}$ fiet hic cubus 18. p. R. $65 \frac{13}{16}$ p. R. $98 \frac{5}{16}$ & hoc æquatur 18. p. R. 325. igitur R. 325. æquatur duabus radicibus quæ sunt R. $65 \frac{13}{16}$ & R. $98 \frac{5}{16}$ quod scies quadrando R. 325. fit 325. quadra R. $65 \frac{13}{16}$ p. R. $98 \frac{5}{16}$ fit 325. quod est propositum.

Diuide 10. per talem numerum quod exeat 6. plus diuisore, fac sic semper cape dimidium 6. quod est 3. quadra fit 9. adde ad 10. fit 19. cape R. 19. est R. 19. huic adde & minue dimidium numeri differentie quod est